

1529. ultimis Febr.

83

Petrus Tomicki, Joanni Choienski archidiacono Cracoviensi secretario regio.

22
Venerabilis domine frater in Christo charissime. Causa qua inter Joannem Platner mercatorem et civem Norbergensem, et Lucam Karssek civem Posnaniensem vertitur, longum et incommodum civibus Posnaniensibus dat et faessit negotium, quippe quod in iudicanda et cognoscenda illa, affectu magis et personarum acceptione, quam iustitia et aequitate durcantur. In qua re, cum ego illos adiutos esse, et molestia hac liberatos cuperem, scripsi ad maiestatem regiam illorum gratia literas, supplicans illis maiestati suae, ut ad se cognitionemque suam eam ipsam causam advocare, vel civibus Cracoviensibus seu Thorenensibus iudicandam committere dignetur, ne et partes amplius sumptibus, et civis Posnanienses molestia onerentur. In qua re, ut vos quoque operam vestram in eam nostram sententiam accommodetis, plurimum vos rogamus. Facietis enim et nobis rem gratam, et civitati Posnaniensi utilem et commodam. Valeatis felix et incolumis. Datum Varsaviae feria secunda Carnisprivii. 1529.

